



SERENISSIMO
VENETIARUM PRINCIPI
ANTONIO PRIOLO,
Et Excelso
DECEM-VIRUM CONCILIO
PAULUS MAUROCENUS.



I Quid nobis in votis superest post hujus
vitæ curriculum, Serenissime Princeps,
illud esse in primis fratri meo mihi per-
suadeo, ut Veneta Historia, in qua con-
scribenda, quod a publicis curis, & cor-
poris ægritudinibus temporis reliquum erat,
id omne fere contrivit, sub amplissimi no-
minis tui patrociniò evulgaretur; ea potissimum ratione ad-
ducto, ut quem summa semper observantia coluit, quocum
in plerisque obeundis muneribus insudavit, cujus amorem,
atque benevolentiam fuerat expertus; eundem quoque pa-